



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

24. Excusantur à Jejunio, qui iter agunt equitando, etsi necessarium non sit, & unius duntaxat diei iter conficiant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

PROPOSITIO XXII.

*Qui in die Iejunij sæpius modicum comedit, licet notabile sit, non frangit Iejunium.*

PROPOSITIO XXIII.

*Omnes officiales in Republica, qui corporaliter laborant, sunt excusati à Iejunio, siue labor sit com- siue incompatibilis cum illo.*

PROPOSITIO XXIV.

*Excusantur à Iejunio, qui iter agunt equitando, et si necessarium non sit, & unius duntaxat diei iter conficiant.*

24. **E**X quibus omnibus quid aliud quis inferre poterit, quam in vanum latam Iejunij legem, cum nullus illa teneatur, si enim nulli artifices, quomodocunq; etiam labo-

laborantes jejunare obligentur, jam futores, sartores, barbitonfores, fossiores, ferrarij, Prædicatores, Lectores, Confessarij, Advocati, Procuratores, scriptores, musici, itoragentes, prægnantes conjugati &c. erunt soluti lege Jejuniij, quis jam superest qui obligabitur? forte Monachi, sed in illis major est causa disobligationis, quam in multis jam allegatis, hoc attento quod nulli musici plus & cum majori labore cantent quam Monachi. Patres etiam societatis, qui non cantant continuis studiis occupentur, que plus quam laborem manuum fatigare nullum dubium est; adeoque evanescit jejuniij lex. Sed longe aliam fuisse Ecclesiæ mentem, declaravit felicis recordationis *Alexandre VII. dum Anno 1666. 22. Martij*, tres ultimas directe, alias verò indirecte tanquam scandalosas condemnans; unicum hic satis mirum nequeo, quomodo has sententias tanquam probabiles, quidam defendere ausi sunt, cum tamen rationes ob quas futilissimæ, & nullius momenti sint: & tamen docuerint illas sat celebres moderno seculo doctores.

Vide

25. Vnde probabilitas extrinseca non defuit, sed an illa sufficiens, afferunt hoc suis principijs conformiter, omnes Neoterici; sed nunquid propter illam, illi, qui eorum rationes norunt salvâ conscientiam contra præceptum Dei vel Ecclesiæ agere poterunt, & ex invincibili ignorantia se procedere, & operari audebunt prætereundum? sic nimirum principiis probabilitatis abutimur eademque male applicamus. Sileo quod quidam ex ipsis, licet quandoque ponant ratiunculas nullius momenti, ne tamen auctoritatem amittant, illas tales esse jactent, quas ceteri licet legant, non capiant, & audientes non intelligant: quasi verò nec Deus alijs tantum luminis dederit naturalis, qua humanâ industriâ ad inventas rationes penetrare queant. Sed de his satis ad alia jam procedamus.

Tanquam tertij hujus præcepti violatores, quoque censeri possunt, rerum sacrarum prophanatores Simoniaci, quibus quoque liberum Simonix exercitium concedunt qui docent.

Q

Propo-